Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



32

T m. xc i.
x
sol.

eius. Si patrem familias beelzebub uo
cauerunt. quanto magis domesticos eius.
Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum
qd non reuelabitur. & occultum qd non sci
etur. Quod dico uobis in tenebris. dicite
in lumine. Et quod in aure auditis. predi
cate superteta. Et nolite timere eos qui
occidunt corpus. animam autem non pos
sunt occidere. Sed potius eum timete. qui
potest & animam & corpus perdere in ge
hennam. Nonne duo passeres asse uene
unt. & unus ex illis non cadet super terram
sine patre uestro. Uestri autem & capilli
capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere. multis passeribus meliores estis uos.
Omnis ergo qui confitebitur me coram ho
minibus. confitebor & ego eum coram pa
tre meo qui est in celis. Qui autem negaue
rit me coram hominibus. Negabo & ego

T m. xc ii.
R m. xl. ii.
l. lxxx.

T m. xc iii
V
l. cxl v.

T m. xc iii.
R m. lxxxvi. ii
l. xc vii.
l. cxl vi.